



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] ieiuniu[m] cadat sub præcepto? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Ad primum ergo dicendum, quod ieiunium proprie dictum consistit in abstinendo a cibis. Sed metaphorice dictum consistit in abstinendo a quibuslibet vanis, quae maxime sunt peccata. Vel potest dici, quod etiam ieiunium proprie dictum est abstinentia ab omnibus illecebris: quia per quaelibet vitia adiuncta definit esse actus virtuosus, ut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod nihil prohibet actum unius virtutis pertinere ad aliam virtutem, secundum quod ad eius finem ordinatur, ut ex supra dictis patet. Et secundum hoc nihil prohibet ieiunium pertinere ad religionem, vel ad castitatem, vel ad quamcumque aliam virtutem.

art. prac.
ad 1.
q. prac. a.
2. ad 2. et
1. 2. q. 18.
a. 7.

Ad tertium dicendum, quod ad fortitudinem secundum quod est specialis virtus, non pertinet perferre quascumque molestias, sed solum illas quae sunt circa pericula mortis. Sufferre autem molestias quae sunt ex defectu delectabilium tactus, pertinet ad temperantiam & ad partes eius: & tales sunt molestiae ieiunij.

ARTIC. III.

Utrum ieiunium sit in praecepto?

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod ieiunium non sit in praecepto. Praecepta enim non dantur de operibus supererogationum, quae cadunt sub consilio. Sed ieiunium est opus supererogationis: alioquin ubique & semper equaliter esset observandum. Ergo ieiunium non cadit sub praecepto.

4 d. 15. q.
3. ar. 1. q.
4. et q. 5.
ad 2. q.
a. 2. q. 1.
cap. no li

¶ 2. Præterea, quicumque transgreditur praeceptum, peccat mortaliter. Si ergo ieiunium esset in praecepto, omnes non ieiunantes mortaliter peccarent: per quod videretur magnus laqueus hominibus esse intellectus.

cap. c. no
oportet et
c. placuit
de consecr.

¶ 3. Præterea, * Aug. dicit in lib. de vera religione, quod ab ipsa Dei sapientia homine assumpto a quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quae societatem Christiani populi, hoc est sub vno Deo liberæ multitudinis, continent. Sed non minus videtur libertas populi Christiani

dist. 3.
c. 17. pa-
rum an-
te m. t. 1

*in ep. 119
c. 19. cir.
fi. 10. 2.*

impediri per multitudinē obseruantiarum, quā per multitudinem sacramentorum. Dicit enim * Aug. in lib. ad inquisitiones Ianuarij, quōd quidam ipsam religionem nostram quam manifestissimis & paucissimis celebrationum sacramentis Dei misericordia voluit esse liberam, feruilibus premunt oneribus. Ergo videtur quōd non debuit per ecclesiam ieiunium sub praecepto institui.

*Incipit
hac epif.
Nec opi-
nanti mi-
hi, cir. fi.
80. 1.*

SED contra est, quōd * Hier. ad Lucinium dicit de ieiunijs loquens, Vnaquæque prouincia abundet suo sensu, & praecepta maiorum, leges apostolicas non turet. Ergo ieiunium est in praecepto.

art. prac.

RESPONDEO dicendum, quōd sicut ad seculares principes pertinet, praecepta legalia iuris naturalis determinatiua tradere de his quæ pertinent ad utilitatem communem in temporalibus rebus, ita etiam ad praelatos ecclesiasticos pertinet ea statutis praeceptis, quæ ad utilitatem communem fidelium pertinent in spiritualibus bonis. * Dicitur est autem, quōd ieiunium vile est ad deletionem & cohibitionem carnis & ad eleuationem mentis in spiritualia. Vnusquisque autem ex naturali ratione tenetur tantum ieiunij quantum sibi necessarium est ad praedicta. Et ideo ieiunium in communi cadit sub praecepto legis naturae. Sed determinatio temporis & modi ieiunandi secundum convenientiam & utilitatem populi Christiani cadit sub praecepto iuris positiui, quod est à praelato Ecclesiae institutum. Et hoc est ieiunium Ecclesiae aliud verò est naturæ.

Ad primum ergo dicendum, quōd ieiunium secundum se consideratum non nominat aliquid eligibile, sed poenale quiddam. Redditur autem eligibile secundum quod est vile ad finem aliquem. Et ideo absolute consideratum non est de necessitate praecepti, sed de necessitate praecepti, vnicuique tali remedio indigenti. Et quia multitudo hominum vt plurimum indiget tali remedio, tum quia in multis omnes consentiunt, vt dicitur iac. 3. tum etiam, quia caro concupiscit aduersus spiritum.

aduersus spiritum, vt dicitur ad Gal. 5. conueniens fuit vt Ecclesia aliqua ieiunia statueret ab omnibus communiter obseruanda: non quasi præcepto subiiciens id quod simpliciter ad supererogationem pertinet, sed quasi in speciali determinans id quod est necessarium in communi.

Ad secundum dicendum, quod præcepta quæ per modum communis statuti proponuntur, non eodē modo obligant omnes, sed secundū quod requiritur ad finem quem legislator intendit. Cuius auctoritatē si aliquis transgrediendo statutum contemnat, vel hoc modo transgrediatur vt impediatur finis quem intendit: peccat mortaliter talis transgressor. Si autē ex aliqua rationabili causa quis statutum non seruet, præcipuē in casu, in quo etiam si legislator adesset, non decerneret esse seruandum: talis transgressio non constituit peccatum mortale. Et inde est, quod non omnes qui non seruant ieiunia Ecclesiæ, peccant mortaliter.

Ad tertium dicendum, quod Aug. ibi loquitur de his, quæ neque sacrarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in concilijs episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersalis Ecclesiæ roborata sunt. Ieiunia verò quæ sunt in præcepto, sunt in concilijs episcoporum statuta, & consuetudine vniuersalis Ecclesiæ roborata. Nec sunt contra libertatem populi fidelis, sed magis sunt vtilia ad impediendum seruicium peccati, quæ repugnat libertati spiritali, de qua dicitur ad Galat. 5. Vos enim fratres in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem detis in occasionem carnis.

ARTIC. IV.

Vtrum omnes ad ieiunia Ecclesiæ teneantur?

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod omnes ad ieiunia Ecclesiæ teneantur. Præcepta enim Ecclesiæ obligant, sicut Dei præcepta: secundū illud Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Sed ad præcepta Dei seruanda omnes tenentur. Ergo similiter omnes tenentur ad seruanda ieiunia quæ sunt ab ecclesia instituta.

O 2 ¶ 2 Præ-

709

in f. ar. 7

ad 3. et 4

d. 15 q. 3.

a. 2. q. 1.

2. 3. et 4.

c. consil.

S. præ-

rea. de ob-

ser. ieiun.